

~~Man. L. 1000~~
~~J. 1000~~
JA
14783
JO. GOTTLIEB.

HEINECII JC

ELEMENTA

JURIS CIVILIS.

~~Man. L. 1000~~
~~J. 1000~~
~~Man. L. 1000~~
el Ripator y bigarras
Mag. Sent, y el ^{fondo de}
el Jarras a S^{to} el Loma

JO. GOTTLIEB.
HEINECII JC.
ET ANTECESSORIS

ELEMENTA JURIS CIVILIS

secundum ordinem

INSTITUTIONUM,

Commoda Auditoribus methodo
adornata.

CUM ANIMADVERSIONIBUS

JO. GEORG. ESTOR J. U. L. PP.

& Historiographi Hasso-Darmstadini.



VENETIIS,

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

MDCCLXX.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.



P R Æ F A T I O .

FLEMENTA hæc JURIS , quæ ,
adornata in usum auditorum ,
scriniis meis excidere passus sum ,
ea tibi lege exhibeo . CANDIDE
LECTOR , ne illico poscas tabellam , ne-
que me prius , quam causam dixerim ,
præcipiti suffragio condemnes . Quamvis
enim in tanto libellorum hujus generis pro-
ventu nihil tibi opus esse videatur lucubra-
tione mea , & ipse ego satis intelligam ,
non tantum mihi esse vel auctoritatis , vel
doctrinæ , ut me tot celeberrimorum viro-
rum diligentiam imitaturum , nedum ali-
quid rectius , & præstabilius traditurum ,
confidam ; tamen , si instituti mei ratio-
nes , si genus scribendi , & ipsum , quo sin-
gula tradidi , ordinem paullo accuratius ex-
penderis , constabit mihi , ut opinor , otii
ratio , & de judicio æquitæque tua spem
paullo meliorem concipere licebit . Quare
ut , quæ tandem illa sint , in quibus & ali-
quam operam posuisse me dico , dum libel-
lum hunc concinnavi , & multam ponendam
esse omnibus , qui adornandis jurispruden-
tiæ præceptis animum adjiciunt , puto , in-
telligas : exponam ea , ut potero , brevi-
ter , tibi que facultatem faciam , ex iis de
insumpta huic opusculo opera ejusque fru-
ctu judicandi .

Primum , ut instituti rationem perspi-
cias , liceat mihi pace tua rem paullo al-

*De me-
thodo , a-
nalytica*



ELEMENTA JURIS

secundum ordinem

INSTITUTIONUM.

PROOEMIUM.

§. I.



Uum jus Romanum (a) in tantam molem paullatim excrevisset, ut jam Livius *lib. 3. c. 34.* illum *immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum*; Eupapius vero in *vita Ædes. p. 92.* ἄκος καμύλων πολλῶν *multorum camelorum onus*, adpellare non dubitent: omnino e republica videba-

Juris
antiqui
moles.

(a) Qui jura Quiritium discere gestit, is sciat, necesse est, eorumdem mores ac reipublicæ statum. Huc vero adprime faciunt, quæ alicubi Charl. de St. Denis de St. Euremond. *dans ses livres mêlées*, & René d' Aubert de Vertot in libro perutili: *l'histoire des revolutions arrivées dans le gouvernement de la republique Romaine*; Tillemontius item tradiderunt. Romani profecto uti terrarum imperium tenuerunt; ita singulari providentia nacti videntur per imperio ingenium, ut leges ferrent, e quibus ju-

Hein. Elem. Jur.

A